

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 3576

**Auteur(s) :** Louis IX, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Rouen, Sainte-Marie-Madeleine (hôpital)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1258, novembre

**Lieu d'émission :** Longpont

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

En vidimant une charte de Richard [Ier], roi d'Angleterre, Louis [IX], roi de France, confirme les droits de l'hôpital Sainte-Marie-Madeleine de Rouen. Il cède également audit hôpital, à ses gardiens, à ses serviteurs et à tous leurs hommes l'exemption des toutes les coutumes au marché royal de Canville et ordonne que cet hôpital soit sous sa protection.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 605, p. 113-114.

Texte établi d'après a

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex, universis baillivis, prepositis, vicecomitibus, majoribus et aliis ministris suis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Noveritis quod nos litteras Ricardi, quondam illustris Anglorum regis, inspeximus in hec verba :

Ricardus etc.

(Voir SCRIPTA 3293 ; DELISLE, *Cartulaire normand*, n° 20)

Nos autem privilegium antedictum dicto hospitali et servientibus et hominibus eorumdem in terra elemosine sue predicte nunc manentibus, sicut prius usi fuerant, benigne concedimus, addentes insuper quod dictum hospitale et custodes et servientes ipsius hospitalis et omnes homines in terra elemosine sue manentes de omni consuetudine quieti sint in mercato nostro de Kanvilla, nec aliquid in dicto mercato pro consuetudinis extorsione ipsos audeat impedire. Ut autem predictum hospitale, quod multis habundat pietatis et caritatis operibus, et bona ipsius plena quiete et tranquillitate letentur, volumus et vobis precipiendo mandamus, quatinus ipsum et omnia sua et quecunque ad illam spectancia custodire, protegere ac manutenere curetis, tanquam nostra propria, in eis violentiam, molestiam aut injuriam seu gravamen de aliquo inferatis nec permittatis inferri. Volumus insuper et precipimus, quod dictum hospitale et custodes ejus necnon infirmi in eo morantes quieti sint, firmam pacem habeant de modiciatione, theloneo, tallagio, pasnagio, pontagio, fuagio et de omni consuetudine ad nos pertinente, per totam terram nostram, tam in terra quam in aqua, de hiis que pertinent ad usus proprios eorumdem, et si quis eos super hec in aliquo forifecerit, id sine dillacione eisdem emendari faciatis. Preterea, pietatis intuitu, predicto hospitali quascunque res suas racionabiliter acquisitas, quas pacifice possedit huc usque, auctoritate regia confirmamus, salvo jure in omnibus alieno. Quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat, presentem paginam sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato fecimus communiri. Actum apud Longum Pontem anno dominice incarnationis

millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, mense novembris, regni vero nostri anno tricesimo secundo, astantibus in palatio nostro, quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo : signum Johannis buticularii ; signum Alfonsi camerarii ; signum Egidii constabularii. Data, vacante cancellaria.